



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XIX. Markgraf Waldemar vereignet der Stadt Frankfurt das Dorf Boossen,
am 7. Juli 1317.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

XIX. Markgraf Waldemar vereignet der Stadt Frankfurt das Dorf Boossen, am 7. Juli 1317.

Nouerint vniuersi, ad quorum audienciam peruenerit presens scriptum, Quod nos wolde-
marus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, deliberatione matura prehabita
dedimus rite et rationabiliter per presentes litteras donamus Prudentibus viris Consulibus vniuersi-
tatis ciuium frankenvordensium et Ciuitati ipsi et Ciuibus presentibus et futuris proprietatem
ville Boz et possessionem cum omnibus attinentiis suis, cum Agris, Pratis, pascuis, Molendinis, cum
Jure patronatus Ecclesie ibidem, cum summo Iudicio et ymo, cum omni solutione, cum omni pre-
caria, cum omni seruicio curruum et alio seruicio quocumque reali et personali, nichil nobis inibi
penitus referuantes, cum vniuersis suis distinctionibus et metis et intra metas ipsas contentis, licet
de aliquibus esset specialis mentio facienda. Licite quoque habebunt pastum Pecorum tam in glan-
dibus quam in pascuis aliis, in exempto nostro quod dicitur Heghe, sine lignorum tamen vsu: et
huiusmodi proprietas omnium et singulorum predictorum adeo remanebit Ciuitati nostre predictae in-
corporata, quod in aliorum siue temporalium siue spiritualium vsum non transferent nec a Ciuitate
aliquatenus debet alienari. Renunciamus quoque dicte proprietati et possessioni predictorum omnium
necnon Juri eorundem, si quod nobis aut nostris successoribus posset a quacumque causa competere
in futurum. Ponimus quoque per presentes litteras Consules presentes in possessionem omnium pre-
dictorum uel quasi suo et futurorum Ciuium et presencium nomine sollempniter modo debito et con-
sueto: et ne de hac nostra donatione sub debita dationis forma celebrata apud posteros dubium
oriatur, presentem litteram super eo scribi iussimus et nostri sigilli robore ad perennem memoriam
roborari, in presenciam testium subnotatorum, videlicet Slotekini, Droyseconis, dapiferorum,
heinrici de Rochowe, Heinrici de schenkendorppe, Johannis de wolkowe, Petse-
conis de Ioffowe, Alberti de Clepezek, militum nostrorum fidelium, Euerardi, prepositi
stolpenfis, hermanni de luchow, nostrorum Capellanorum, et fidedignorum plurium aliorum.
Actum et Datum Struceberg, in nostra presenciam, Anno domini Millefimo CCC^o septimodecimo,
feria Quinta ante diem beate Margarete proxima.

Nach dem Orig. des Stadtarchives, Boossen No. 1.

XX. Markgraf Waldemar giebt dem Rathe zu Frankfurt Gerichtsgewalt über alle im Lande
vorfallenden Verbrechen, am 12. Febr. 1318.

Wi Woldemar, von der ghenaden godes tu brandenborgh vnt tu lufythz eyn
margreue, bekennen vnn betugen openbare, dat wi den wrumen luden vsen ramannen tu fran-
kenuorde hebben ghegeuen, tu ryctene up or ede, dy si vns gesworen hebben, ouer alle mis-
dedyge lude, dy dat hoygeste gerichte vorfeldet hebben in vsene lande tu lubz, si sint rouere,
dyffe oder mordere, dy lude morden vm or guth, vnn ouer eynbreker vnde wruenscender, sy sint
scalber oder heymelich. Dyt reych (sic!) hebbe wi ghegeuen den bederuen tu hulpe vnn den